

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 3692

**Auteur(s) :** Avranches (chapitre cathédral)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1269, 19 juillet

**Lieu d'émission :** Avranches

**Action juridique :** notification

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Le doyen et le chapitre cathédral d'Avranches fait savoir que Louis [IX], roi de France, leur a accordé d'élargir les maisons des dignités de l'église d'Avranches sur les murs de la cité, à moins qu'ils ne détériorent la fortification de ladite cité.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 741, p. 166.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis, decanus et capitulum Abrincense, salutem in Domino. Notum facimus quod excellentissimus dominus noster Ludovicus, Dei gratia, rex Francorum illustris, nobis, ex regia liberalitate concessit ut usque ad muros civitatis sue Abrincensis domos nostras, quas habemus ibi prope, videlicet domum quam modo inhabitat magister Radulphus de Teuilla, decanus Abrincensis ; domum quam modo inhabitat Galcherus penitenciarius Abrincensis ; domos etiam quas modo inhabitant magister Thomas Baffer, Michael Caresmel, Andreas Ad-Pedem, canonici Abrincenses ; domum etiam quam modo inhabitat magister Guillelmus de Tuereio, archidiaconus Abrincensis ; domum etiam quam modo inhabitat Adenulphus de Supino, canonicus Abrincensis ; item, ex alio latere civitatis ejusdem, domum quam modo inhabitat magister Thomas Goalin, thesaurarius Abrincensis, domos etiam quas modo inhabitant Ricardus de Sancto Hylario, et magister Herveius de Racinoux, canonici Abrincenses, possimus pretendere et supra dictos muros edificare, ita tamen quod ex edificiis hujus modi fortalicia dicte civitatis non deterioretur, sed pocius augmentetur, et ita etiam quod dictus dominus rex et successores sui et mandatum ipsius dictis edificiis uti possint libere, et pro defensione et custodia et tuitione dicte civitatis se munire sine impedimento et contradictione quaconque, murique sui remaneant, et totum jus quod habet seu habebat in eis et justicia sicut ante. Retinuit etiam sibi et successoribus suis potestatem emendandi dictos muros in dictis locis, secundum quod sibi placuerit, et faciendi torellas, et alia, pro sue libito voluntatis, que faciunt vel facere possunt ad munitionem civitatis predicte. In cuius rei testimonium, presentibus litteris sigillum nostrum, quo unico utimur, duximus appendum. Datum apud Abrincas anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXmo nono, die veneris ante festum Beate Marie Magdalene.